



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

1 Episcopi duplicem habent potestatem Ordinis, & jurisdictionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- 31 *Attingere annum legitimum sufficit in ordinum susceptione.*
- 32 *Abbatissa non minor 40 annis, & quae octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit, eligi potest.*
- 33 *Inquisitorum legitima aetas est 40 annorum.*
- 34 *Ordinum impedimenta quae & qualia sint.*
- 35 *Bigamus ad ordines promoveri non potest.*
- 36 *Bigamia est triplex, vera, interpretativa, & similitudinaria.*
- 37 *Bigamia vera, quae sit.*
- 38 *Bigamia interpretativa quot modis contrahatur.*
- 39 *Bigamia similitudinaria quae sit.*
- 40 *Bigamus quare ab ordinibus arceatur, quatuor rationibus probatur.*
- 41 *Minor ordinatus ordines sacros recipit, sed executio usque ad legitimam aetatem est suspensa.*
- 42 *Ordinatus extra tempora est suspensus, donec à Sede Apostolica fuerit dispensatus.*
- 43 *Reges & Regina, & quomodo inungantur, coronentur.*
- 44 *Episcopi quomodo consecrentur.*
- 45 *Abbates, Abbatissa, & Virgines quomodo benedicantur, & consecrentur.*
- 46 *Campana ordinis Episcopalis potestate benedicuntur, & quomodo.*
- 47 *Degradatio fit etiam potestate ordinis Episcopalis.*
- 48 *Episcopi, quae sunt ordinis Episcopalis, alijs demandare non possunt.*
- 2 *num. 23, lib. 1. quae generaliter sumpta est potestas à Christo instituta immediate, & supernaturaliter ad gubernandum fideles secundum legem Evangelicam in supernaturalibus, & quatenus ad illa est opus etiam in naturalibus, Navar. in d. relect. cap. novit, not. 3, num. 81, vers. 17.*
- 3 *Potestas ordinis, quae uti dignior est praemittenda, consistit in chrismatis, & olei infirmorum confectione, frontis chrismatione, ordinum collatione, & ecclesiarum, altarium, vasorum divino cultui dicatarum, Abbatum, Abbatissarum, & Virginum consecratione, vestium, mapparum, aliorumque paramentorum, & campanarum benedictione, earundemque ecclesiarum, ac caemeteriorum pollutorum reconciliatione, cap. quamvis, 68, distin. gloss. fin. in cap. transmissa, de elect. gloss. penult. in cap. aqua, & ibi Abbas num. 2, & 8, de consec. Eccles. vel alta, gloss. 1, in cap. quia periculosum, de sent. excom. in 6. Abb. in cap. quanto, nu. 3, de consuet. & Conc. Trid. cap. 4, & can. 7, de sacr. ord. sess. 23.*
- 4 *Solius autem Episcopi est quae chrisma conficere, cap. illud, 95, distin. cap. si iubet, 26, q. 6. & in Caena Domini quolibet anno est conficiendum, & vetus intra ecclesiam est exurendum, cap. litteris, de consec. dist. 3. & cum chrismate in fronte signare est tantum Episcoporum, quibus spectat baptizatos confirmare, cap. presbyterus primo, de consecrat. 4. dist. Ita quod nec praescriptione quae possunt presbyteri nec Episcopi acquirere jus Sacramentum confirmationis ministrandi, ut cap. quanto, de consuet. & Covar. lib. 1, var. resolut. cap. 10, num. 14. & sicut aqua est materia baptismi, ita chrisma est materia confirmationis, sine quo conferri non potest, ut in cap. 1, §. penult. de*
- 1 **E**pisopi quae duplicem habent potestatem, Ordinis, & Jurisdictionis, Navar. in relect. c. novit, not. 2, num. 83, vers. quibus addo, de jud. so. 2, & Burlat. cons. 125,